



## **Crimen Fori Ecclesiastici**

Seu Decretalium Gregorii IX. Pont. Max. Liber V ; Brevi Methodo ad dissentium utilitatem Expositus, In quo praecipuae circa Materiam hujus Libri Quinti, quae tum in Theoria, tum in praxi occurunt, difficultates solvuntur, allatis etiam contrà sentientium fundamentis, & horum solutionibus

Accedunt duo Indices, unus Titulorum initio Operis, alter rerum, & verborum notabilium in calce ejusdem

**Schmalzgrueber, Franz**

**Ingolstadii, 1727**

**VD18 13510827-001**

Titulus XV. De Sagittarijs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75232](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-75232)

ex Duello, editis poenitentia signis. Ita Joan. Sanch. select. D. 36. n. 9. Dian. p. 4. tr. 4. ref. 192. Lezan. tom. 2. V. Duellum n. 14. Gonz. in c. fin. b. tit. n. 10. Pignat. tom. 9. consult. 28. n. 166. König hic n. 20. Wiett. n. 19. Reiffenst. n. 43. Magnif. P. Schmier p. 2. de Delit. c. 3. n. 112. & 113. & clare patet ex Rituali Romano, edito iussu Pauli V. Tit. de Exequiis, cuius verba sunt, Negatur Sepultura Ecclesiastica morientibus in Duello, etiam si ante obitum derident signa poenitentie. Ratio est, quia Trid. & Conf. Clem. non distinguunt inter eos, qui cum poenitentia signis decedunt, & qui sine illis, sed omnes, in Duello occurrentes, generaliter Sepultura Ecclesiastica privat. Conf. à paritate cum ijs, qui obeunt in Torneamentis, & in ludo agitatis Taurorum, quibus Sacra Sepultura honos denegatur, etiam si poenitentes obierint, ut de prioribus patet ex Tit. prec. n. 7. & 8. de posterioribus constitutum est à S. Pio V. Conf. incipit De salute edit. Cal. Nov. 1567.

**61** Facienda tamen videtur duplex Exceptio. 1. si ex vulnere, in Duello accepto, post aliquot primum dies decessisset poenitens, & absolutus à peccatis, ac Censuris suis; nam talem à Sepultura Ecclesiastica non excludendum, contra Thom. Hurtad. var. tom. 2. tr. ult. ref. 5. S. 6. n. 196. Bordon. tom. 2. ref. 51. n. 111. & 112. Lavor. var. tit. 2. c. 12. n. 16.

Santarell. de Sepult. tr. 2. concl. 8. n. 12. Bichium Prompt. Confess. p. 2. c. 18. c. 9. Pignat. l. cit. n. 164. docent Dian. p. 11. tr. 6. mis. 6. ref. 26. Baffaeus V. Sepultra n. 5. Caraffa de Duell. tr. 2. scil. 2. q. 19. n. 9. Baucius in Mis. tom. 1. q. 438. pet. 8. Mancin. pract. de infirm. in ordin. ad Sepultur. n. 34. Trullench. de Jur. Paroch. c. 9. dub. 7. n. 7. Lezan. V. Duellum n. 14. & plures alii. Patet ex Trid. & Conf. Clement. VIII. cit. ubi pena sollem fertur in eum, qui in ipso conflicto, & non post istum decessit. igitur ad eum, qui ex vulnera ibi accepto post unum, vel alterum diem à conflicto decedit poenitens, pena ista extendi non debet.

Excipitur 2. si consuetudo in confratrum vigeat: & ita teste Sanch. D. 36. cit. n. 5. quem citat, & sequitur P. Engl. hic n. 9. fin. in quibusdam locis consuetudo est, ut praesertim in Duellis privatis, & datis poenitentia signis decedentibus Sepultura Ecclesiastica non denegetur.

Ad Argumentum n. 59. allatum dicendo, poenitentiam non impedire, quo minus in conflicto moraliter decessisse censetur, qui non multo post confictum decessit: inquit si contrarium verum est, raro omnino locus huic poena foret, cum plerumque vulnerati aliquamdiu post congresum supervivant. Ad Conf. id verum est, ubi contrarium non satis clare ex ipsa Jure desumitur.

## TITULUS XV.

De Sagittariis.

### S U M M A R I U M.

1. Quinam hic veniant nomine Sagittariorum, vel Ballistariorum?
2. Utrum artis istius exercitium prohibitum sit

**1** Quæritur 1. quinam hic veniant nomine Sagittariorum, vel Ballistariorum? 2. hoc nomine in hac Rubrica veniunt ijs, qui sagittas, praesertim veneno illatas ex arcubus, faxa ex ballistis, vel catapultis, aut prout hodie solet, glandes, globos plumbeos, pilas ferreas, vel lapideas ex tormentis, & machinis bellicis ejaculando, arcium, vel urbium obfessorum moenia, turresque aut hostium agmina prostrernunt in acie. Gonz. in c. un. b. tit. n. 3. Vallensi. hic n. 1. Engl. n. 1. Reiffenstuel n. 1. Magnif. P. Schmier p. 2. de Delit. c. 3. n. 116.

Quæritur 2. utrum artis istius exercitium sit Christianis prohibitum? 2. si Christianus ea arte uti velit pro hostiis Christiani nominis contra fideles, & Catholicos praesertim, prohibitum est, prout patet ex c. un. b. tit. Si pro Christianis contra Christianos, & bellum sit justum, permisum est; quia in bello justo

3. Christianis?
3. Que sint pene utentium arte ista in casu prohibito?

non interest ad justitiam, an aperte quis pugnet, an vero ex infidis, prout hac arte fieri existimat Sylv. V. Ars q. 6. modo qui hujusmodi armis utuntur, iisdem vimferendi, & certitudinem non concilient incantationibus, aut aliis Diabolici artibus; nam hoc c. un. cit. præcipue cavitur, ut monet Delrio Disquis. Magic. l. 3. c. 1. q. 4. scil. 4. Barbos. in c. un. cit. n. 2. Honor. hic n. 1. Schambog. n. 2. Wiesner n. 2. Reiffenstuel n. 2.

Quæritur 3. quæ sit pena utentium 3. arte Sagittariorum, vel Ballistariorum in casu prohibito? 2. est Excommunicatio: quæ, si bellum inter Christianos, & Christianos geratur, eti ferendæ solùm Sententia. Si autem bellum sit inter infideles, & Christianos, tunc Christiani, qui Infidelibus deseruent, Excommunicationem reservatam. aliisque penas incurront, de quibus supra Tit. 6. de Judeis n. 45.

TITU-